



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1735. usque ad annum 1737

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum [u.a.], 1786

VD18 90119347

§. 14. Variæ lites eodem anno terminatæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67868](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67868)

Sæc. XVIII.
A. C. 1737.

§. XIV.

Variae lites eodem anno terminalæ.

Post tot lites feliciter compositas relictæ bant leves adhuc contentiones, quas Clemens pacis amantissimus, & pariter tolleret, extremos adhibuit conatus, nec irritò successu; cum enim Veneti ad Pontificiæ ditionis fines alveum Anconitani portus navigationis & Ferrariensis Ducatus commercio valde damnosum aperirent, Pontifex desuper apud Rempublicam querebatur: Venetis autem ejus querimonias flocculentis habentibus Carolo Imperatori nuntiatum est, hunc ipsum alveum Mantuanæ ditioni vel maxime damnificum fore. Re igitur maturius ponderata Cæsar hanc novationem multis nominibus reprobabat, quocirca Veneti a continuando hoc labore nulla mora desistere.

Sub idem ferme tempus Romæ rixæ est exorta, quæ summo Pontifici negotium facessere potuisset; illius famam dedere Sbirri, qui ex Fieravilla Cæsarei Agentis ædibus facinorosum juvenem, qui eo confugerat, admodum extrahere præsumperant; cum autem Comes de Harrach Cæsareus Administer immunitatem Legatorum demissis

mibus annexam hac ratione violari, **Sæc. XVIII.**
 summo Pontifici exponeret; mox Sbir- **A. C. 1737.**
 ris promerita pœna castigatis, & reo
 ad asyli locum restituto liti finis impo-
 situs est.

Non minus diuturna, quam perti-
 nax fervebat Regis Sardiniae conten-
 tio cum Clemente Papa, qui tamen
 & hanc tandem componi, summis vo-
 tis expetebat. Ea gratia Alexander
 Cardinalis Albanus hujus Regni Pro-
 tector Armgium Abbatem, quem a se-
 cretis habuit, urgente Papa Taurinum
 ablegat, dato eidem negotio, ut cum
 Rege de æquis transactionis conditio-
 nibus ageret. Ast hujus Aulæ Admi-
 nistri declarabant, de hac controver-
 sia agi non posse, nisi prius ea, quæ
 Benedictus XIII. olim Sardiniae Regi
 concessit, Clemens Papa confirmasset.
 Accepto hoc responso Abbas quadrin-
 gentis scutis auctus Romam redire jus-
 sus est.

§. XV.

*Clemens Papa in facinorosos seve-
 rus justitiæ vindex.*

Quo magis pacis studio flagrabat Cle-
 mens Papa, eo majore, æquissima
 tamen severitate ac fidei Zelo infecta-
 batur